

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio ca
cum uariis

Episcopi domos non impares ecclesiis magnitudine construunt, pictos delectantur habere thalamos, uestiuntur ibi ymagines preciosis colorum indumentis. Pauper autem sine uestibus incedit et uacuo uentre clamat ad hostium et, ut uerum fatear, spoliantes pauperes sepe ut uestiantur lapides et ligna. Ornant pretoria columpnis, fores domibus anteponunt que utinam pauperes includerent, non excluderent.

Hugo de claustro anime libro I., capitulo I.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

colorum] celorum P V¹; spoliantes] spoliantur P V¹ V² L¹ L²